Quòd ſi magis etiam ſubnixi ſint opibus & amicitiis, propè eſt talis potentia ad monarchiam, & dominantur homines, non autem lex. & hæc eſt quarta ſpecies gubernationis paucorum, correſpondens vltimæ ſpeciei popularis.

CAPVT VII.

SVnt inſuper duo alia genera rerumpublicarum, præter eas in quibus aut multitudo, aut pauci gubernant: quarum alteram aiunt omnes ſpeciem eſſe vnam ex quatuor. Dicunt autem eas quatuor, monarchiam, paucorum gubernationem, popularem, & quartam, quam vocant optimatem. Eſt & quinta, quam communi nomine omnium appellant rempublicam. ſed quia non ſæpe fit, latet numerare volentes: & ita ſuſcipiunt, quaſi ſint quatuor ſolum: vt Plato in libris de Republica facit. Optimatem igitur ſe rectè habet appellare illam, de qua tractauimus in primis libris. quæ enim ab optimis viris ſimpliciter per virtutem eſt gubernatio reipublicæ, & non ad ſuppoſitionem quandam bonorum virorum, eam ſolum iuſtum eſt optimatem appellari. in ſola enim iſta ſimpliciter idem eſt vir bonus & ciuis. in aliis autem boni ſunt ad ſpeciem gubernandi ſuam. Sunt tamen quædam, quæ differentiam habeant à paucorum gubernatione (& appellantur optimates) & ab ea quæ vocatur, reſpublica: vbi non ſolùm reſpectu diuitiarum, ſed etiam reſpectu virtutis ad gubernationem reipublicæ ſumuntur. Hæc reſpublica differt ab illis, & naturam optimatis ſapere videtur. nam in his ciuitatibus non faciunt publicè curam virtutis: ſunt tamen quidam præſtantiores, qui videntur eſſe boni viri. Vbi ergo reſpublica reſpicit ad diuitias, & ad virtutem, & ad populum, vt eſt apud Carthaginienſes, ea naturam optimatum ſapere videtur. & vbi ad duo illorum ſolum, vt Lacedæmoniorum, ad virtutem & ad populum: & eſt hęc miſtura popularis ac virtutis. Optimatum igitur poſt illam primam optimam rempublicam gubernandi formam, hæ duæ ſpecies ſunt. & tertia, quæcunque illius quæ appellatur reſpublica, inclinant ad paucorum gubernationem.

CAPVT VIII.

REliquum eſt vt de ea quæ appellatur reſpublica dicamus, & de tyrannide,

A ὅταν δὲ ἤδη πολὺ ὑπερτείνωσι ταῖς οὐσίαις, καὶ ταῖς πολυφιλίαις, ἐγγὺς ἡ τοιαύτη δυναστεία μοναρχίας ἐστὶ, καὶ κύριοι γίνονται οἱ ἄνθρωποι, ἀλλ᾽ οὐχ ὁ νόμος· καὶ τὸ τέταρτον εἶδος τῆς ὀλιγαρχίας τοῦτ᾽ ἐστὶν, ἀντίστροφον τῷ τελευταίῳ τῆς δημοκρατίας.

Κεφάλαιον ζ.

ΕΤι δ᾽ εἰσὶ δύο πολιτεῖαι παρὰ δημοκρατίαν τε καὶ ὀλιγαρχίαν, ὧν τὴν μὲν B ἑτέραν λέγουσί τε πάντες, καὶ εἴρηται τῶν τεττάρων πολιτειῶν εἶδος ἕν· λέγουσι δὲ τέτταρας, μοναρχίαν, ὀλιγαρχίαν, δημοκρατίαν, τέταρτον δὲ τὴν καλουμένην ἀριστοκρατίαν· πέμπτη δ᾽ ἐστὶν, ἣ προσαγορεύεται τὸ κοινὸν ὄνομα πασῶν· πολιτείαν γὰρ καλοῦσιν· ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ πολλάκις γίνεσθαι, λανθάνει τοὺς πειρωμένους ἀριθμεῖν τὰ τῶν πολιτειῶν εἴδη, C καὶ χρῶνται ταῖς τέτταρσι μόνον, ὥσπερ Πλάτων ἐν ταῖς πολιτείαις. ἀριστοκρατίαν μὲν οὖν καλῶς ἔχει καλεῖν, περὶ ἧς διήλθομεν ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις· τὴν γὰρ ἐκ τῶν ἀρίστων ἁπλῶς κατ᾽ ἀρετὴν πολιτείαν καὶ μὴ πρὸς ὑπόθεσίν τινα ἀγαθῶν ἀνδρῶν, μόνην δίκαιον προσαγορεύειν ἀριστοκρατίαν. ἐν μόνῃ γὰρ ἁπλῶς ὁ αὐτὸς ἀνὴρ καὶ πολίτης ἀγαθός ἐστιν· οἱ δ᾽ ἐν ταῖς ἄλλαις ἀγαθοὶ, D πρὸς τὴν πολιτείαν εἰσὶ τὴν αὑτῶν. οὐ μὴν ἀλλ᾽ εἰσί τινες, αἳ πρός τε τὰς ὀλιγαρχουμένας ἔχουσι διαφορὰς, καὶ καλοῦνται ἀριστοκρατίαι, καὶ πρὸς τὴν καλουμένην πολιτείαν· ὅπου γε μὴ μόνον πλουτίνδην, ἀλλὰ καὶ ἀριστίνδην αἱροῦνται τὰς ἀρχάς. αὕτη ἡ πολιτεία διαφέρει τε ἀμφοῖν, καὶ ἀριστοκρατικὴ καλεῖται. καὶ γὰρ ἐν ταῖς μὴ ποιουμέναις κοινὴν ἐπιμέλειαν ἀρετῆς, εἰσὶν E ὅμως τινὲς οἱ εὐδοκιμοῦντες, καὶ δοκοῦντες εἶναι ἐπιεικεῖς. ὅπου οὖν ἡ πολιτεία βλέπει εἴς τε πλοῦτον, καὶ ἀρετὴν, καὶ δῆμον, οἷον ἐν Καρχηδόνι, αὕτη ἀριστοκρατική ἐστι· καὶ ἐν αἷς εἰς τὰ δύο μόνον, οἷον ἡ Λακεδαιμονίων εἰς ἀρετήν τε καὶ δῆμον· καὶ ἔστι μίξις τῶν δύο τούτων, δημοκρατίας τε καὶ ἀρετῆς. ἀριστοκρατίας μὲν οὖν παρὰ τὴν πρώτην τὴν ἀρίστην πολιτείαν, ταῦτα δύο εἴδη· καὶ τρίτον ὅσαι τῆς καλουμένης πολιτείας ῥέπουσι πρὸς τὴν ὀλιγαρχίαν μᾶλλον.

Κεφάλαιον η.

ΛΟιπὸν δ᾽ ἐστὶν ἡμῖν περί τε τῆς νομιζομένης πολιτείας εἰπεῖν, καὶ περὶ τυραννίδος·